

Diuerſitas**mundi**

in extremis. propterea huius carthene
capiamus partem secundam et ad collu-
cius ligemus ut sic vincitum ducere po-
terimus per confessionem: qui in nram
perpetuam laborat confusionem. Tunc
confessor dabit nobis remedium salu-
bre de tercia parte istius carthene scilicet
penitentie ac satisfactionis et dicit. Iam
liberatus es a diabolo vade in pace. hoc
est. Noli amplius vnquam peccare. Nol-
gemus ergo dominum nostrum Ihesu
christum. etc.

**De diuerſitate et mirabilibus mun-
di cum expositione inclusa.**

Capitulum. clxxx.

Narrat Plini

Nus quod aliqui homines sunt
canina capita habentes qui
cum latratu loquuntur: et vestiuntur pel-
libus animalium. Tales enim signifi-
cant predicatorum: qui quidem omnes
animalium pellibus debent vestiri id est
aspera penitencia propter bonum exem-
plum alijs dandum indui debent. Item
In india sunt quidam homines qui tam
vnum oculum super nasum habent
in fronte. et carnes animalium comed-
dunt. Isti enim designant homines qui
tantum vnum oculum rationis habent
scilicet quo in fronte videntur: et non vo-
luntate. Item In libia sunt aliqui
femine sine capite. os et oculos habent
in pectore. Tales enim femine des-
ignant homines qui volunt humiliter
obedire ex corde non habentes pectora
leuia. Et quicquid extrinsecus facient
dum est in opere: primum et prudenter de-
liberant in corde. In oriente enim
contra paradysum terreſtre sunt homi-
nes nihil omnino comedentes. quia
os tam modicum habent: ut calamo po-
tam sumant. De odoze enim pomorum

et florum viuunt. Ex odoze etiam malo
subito moriuntur. Isti quidem homi-
nes designant clauſtrales: qui precipue
contra cibum et potum debent sobrii es-
se. et hoc est modicum os habere. Et cum
calamo id est cum discretionone sumere
cibum et potum. Tales enim debent ex
o doze pomorum et florum id est precep-
torum et bonarum virtutum spirituali-
ter viuere. et sic alijs hominibus modum
viuendi in castitate et parcimonia et ce-
teris virtutibus prebere. Sed de odo-
ze malo id est peccato cito moriuntur.
Quia cito peccatum perpetratur: ho-
mo christo saluatori nostro moritur.

Item. Ibidem etiam sunt homines
sine naso facie plena. et quicquid videt
hoc totum bonum putant. Tales enim
homines designant stultos sine naso
discretionis: ita quod totum eis bonum est
se videtur quod vident et ipsi faciunt.
Sunt etiam et ibidem homines habentes
nasum et labrum inferius tam longum:
quod totam faciem cooperiunt dormi-
nantes. Tales quidem homines de-
signant inſanos: qui habent inferius scilicet
ad mundum magnum labium con-
siderationis attendentes mundi vani-
tatem detractionis et mendacii. tamen
per labium custodie protegent totam
faciem id est totam vitam per iuges me-
ditationem ne in peccatis dormiant.

In sicchia sunt homines habentes
tam magnas aures ut tegant per illas
totum corpus. Hi designant illos: qui
libenter audiunt verbum dei. per quod
possunt animam et corpus a peccatis cu-
stodire. Item aliqui sunt qui ut pecora
ambulant. Et signant illos qui nec de-
um nec sanctos eius honorant. sed ut
pecora et iumenta irrationalia de pecca-
to in peccatum ambulant. Contra quos
dicit ps. Nolite fieri sicut equus et mu-
lus in quibus etc. Item aliqui homines